

descere dices. Adhuc memoria teneo, quibus argumentis te  
ego (qui Arabum aliquos, ut pueri Aesopum triui) ad mitius &  
sanius sentiendum perduxī. Referrem eam totam disputationē  
huc, nisi ueritus reprehensionem de prolixitate fuisset. Vt ego  
non longius præfationi huic immorer, Transire licebit hinc la-  
cobe tibi ad operis nostri huius Caput, quod est ad ea, quæ de  
finitionibus & discrimine Astronomiæ Astrologiæq; uulgo  
traduntur.

De Astronomia, pariter & Astrologia, deq; discrimine, quod  
inter uoces has consuetudo induxit. Caput I.



Astronomia, si respicias ad Etymon, nihil fortē dif-  
fert ab Astrologia, uok utraq; artem indicat, quæ  
rationem & leges syderum exquirat. Vtus tamen  
obtinuit, ut nunc Astrologia proprie sit diuinitio  
de Astronomia, Et ut Astrologus occupetur cir-  
ca effectus, Astronomus circa causas. Hoc modo cum de uocis  
bus sit constitutum, nosse oportet, totam eam partem dici debe-  
re Astronomicen, quæ de cælestium & perpetuorum corporū,  
orbū & luminū diuersitate, natura, situ, radijs, ordine, numero,  
ambitu, cursu, longitudine, latitudine, regressu, statione, ortu,  
occasu, apparitione, occultatione, declinatione, eccētricitate, &  
alijs id genus præterea multis dignisq; liberali ingenio specula-  
tionibus pertractat, quorū oīm demonstrationes, quia præcedunt  
ratione & uia Geometrica, hoc est immutabiliter, quod ipsum  
quidem proprium est scientiæ. Accidit, ut tot apud Chaldaeos,  
Aegyptios, Græcos, Latinos, Saracenos inuenerit cultores, scri-  
ptoresq;. Cl. Ptolomæus is qui Alexandria uixit ætate Hadria-  
ni & Antonini, reliquit opus mole haud ita magnum, sed diuini-  
tate longe maximum, in quo Astronomia prosecutus est fuisse,  
ac

ac